

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Osci Et Volsci Dialogvs Lvdis Romanis Actvs**

**Accursius, Mariangelus**

**[Tübingen], [ca. 1515]**

Mariangelus accursius Thomae Petrasanctae

[urn:nbn:de:bsz:31-270851](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270851)

Mariangelus Accursius Thomæ Petrasanctæ.

Comitatem tuam bonorum mihi antea sermone cognitam  
ita omni spe maiorem nunc agnoscere incipio, ut cum ea disci-  
plinam orbem admirari pariter non desinam. Hinc factum  
est, ut ridenda tibi iam committere non sim ueritus. Dialogum  
uidelicet istum stilo altis ueluti radicibus innixo in multorum  
æui nostri literarum horto, anxii (ut ita dixerim) uigiliis ac sum-  
mo studio desipientium. Eum, quia in magnificentissimo appa-  
tu ac publica Romanorum læticia, cum superioribus diebus Iu-  
lianum Medice urbe donarunt, agi breue tempus non permi-  
sit, eorundem flagitatione quorum iussu ferè triduo & concina-  
tione fuerat tumultuaria instructus edere impellimur. Vt maio-  
ri fortasse detrimento temporis in negotio papyraceum eum  
qui legant, quem dispendio uoluptatis ociosi ac sedentes to-  
gatum in scæna non uiderunt. Vale.

OSCVS.

u Iculatio est mi physiculanti, contruspanti, priuaq; di-  
runcienti. Nan suditer fulguriterq; spicio, dædalam  
omniparamq; naturam non nouercam gnixo. i. e.  
bulga, e folliculoq; exthecato protinam, uerum  
Mammam pollucibilem fuisse. Nec gymnade cacodæmonem  
in triga, set in blatteo paludamento statuisse. Et nunc ingentissi-  
ma Mehe Ormothogeu, Phorbiontem, Strilicem, Doriscasq;  
secūditate donasse, ac cypro æque atq; fontico æquimētū atroa-  
tationemq; reddere (utq; imaginarie & similitudinarie hiscam) re-  
taliare sardo. Quande spiranter aura uescier, hacceq; fruisce æui-  
tatis aletudine duint, qua Romanicæ Gentis maie statiua Maie-  
stas in illeum defecatum & libesum calcum statum auceta re-  
truditur, id est antiquatur. rirusq; Quiritium redundanter ac su-

A ii